



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXXVIII. Florentina domus. Facta concessione in emphyteusim, seu  
perpetuam locationem ad tertiam generationem de bonis Ecclesiæ, An  
Rector possit Ecclesiæ præjudicium à dicta concessione antè ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

extraneos transitoria, quodque manus mortua, si non possit retinere, possit tamen alii vendere, non obstante dicta consuetudine, quam Rota credit non esse bene justificatam, atque tunc meus intellectus, cum fundamenta decisionis non omnino satisfacerent, non acquisivit resolutionis.

Longè autem post hæc scripta, occasione disputandim Hydruntina sub tit. de feud. dis. 35. ac etiam in una Aquilana pro Patribus Oratori S. Philippi, cum Patribus S. Dominici coram A.C. maturius refleßendo ad dictam conclusionem super necessitate probandi dominum per scripturam, considerabam, Quod autem quæstio est super natura concessionis, an scilicet effectus emphyteutica, vel potius locatio perpetua, aut censualis, ad alios effectus præterquam devolutionis, puta prohibitionis alienandi ab illo assensu, solutio- nis laudem, prælationis, caducitatibus ob non solutionem Canonum per biennium cum similibus, quæ in locatione perpetua vel censu non procedunt, & tunc præmissa circa possiblē probationem dominii in qualitate emphyteutica, alias quam per scripturam probanda recte procederent, neque rigor conclusio- nis in decisionibus firmatae procederet, quies plura urgent vehementia administricula id probabilius suadentia, ut supra.

Aut ad effectum devolutionis ob lineam finitam, ut impeditur transmissio ad hæredes extraneos, & secus, ideoque investitura omnino necessaria sit, ut ex ejus tenore de concessionis natura certitudinaliter patet. Ex ea clara ratione, quod agenti ad devolu- tionem ob lineam finitam incombuit onus perfecte, & concludenter probandi id, quod est suæ intentionis fundatum, quod scilicet linea sit finita, quodque concessio ad illam, & pro solis hæredibus languinis facta sit, quæ perfecta & concludens probatio adeste non dicitur, ubi militat contraria possibilitas, quod scilicet, dato eam contra utrum emphyteutico, iste continet emphyteusim merè hæreditariam, quæ adhuc emphyteusis est.

Et licet ut supra in bonis Ecclesiæ præsumptio sit quod emphyteusis restricta censeatur ad solos hæredes sanguinis, quinimò quod tres generationes excedere non debat, attamen hæc est solum juris præsumptio contractam habens possibilitem frequenter contingibilem, quoniam ut patet ex pluribus causa- sis hoc eodem titulo, datur etiam emphyteusis Ecclesiastica hæreditaria, ideoque duo intrant, Primo, quod probatio præsumptiva non dicitur perfecta & concludens, & non admittitur in iis, que sunt fundamen- tum intentionis, ut per add. ad Gregor. dec. 53. & paf- sim; Et secundo quia esset multiplicare præsumptiones, aë specialitatem in idem, præsumendo scilicet con- tractum, de cuius explicita natura non constat esse emphyteuticum, & præsumendo etiam esse ita restric- tum, cum potius prevalere debeat præsumptio magis inductiva libertatis, ex iis quæ pro excludenda feudalitate, frequenter habentur sub tit. de feud. dis. 2. & in aliis.

Istam credebam theoreticam, seu regulam genera- lem in dubio attendendam, non tamen ita tenaciter, ac indefinitè tenendam, quod esset incapax limitationis, sed discretè pro judicis prudenti arbitrio ex facti qualitate, & circumstantiis regulando, juxta ea quæ in proposito habentur in dicta Hydruntina sub tit. de feud. dis. 35. Si enim omnia alia bona in ea contrata existentia, vel saltē pro majori parte essent hujus nature, sive ex communī fama, & opinione, ac antiquis traditionibus, talis natura bona crederentur, aut quod generalis consuetudo ejusdem aliarumque Ec- clesiastarum loci esset non faciendi concessiones hæredi-

Card. de Luca de Emphyteusi Pars II.

tias, & ad quoscumque transmissibiles, cum famili- bus circumstantiis, & tunc etiam sine scriptura vide- retur peti post devolutionem, ut dicta Mediolanen. Sicuti e converso in d. Aquilana, eò clarus dicebam male peti dictam devolutionem ratione linea finita, quia non solum urgebat deficiencia probationis per scripturam, sed etiam quod in eadem contrata plera- que alia adessent bona solum reddititia, ad quo- scumque transitoria, neque urgebant administricula uni- voca emphyteusim potius, quam aliam speciem sua- dientia: Unde propteretæ quæstio videtur satis facti potius quam juris.

## FLORENTINA

### DOMUS

PRO

CAPPELLA SANCTÆ CÆCILIAE

IN ECCLESIA S. MICHAELIS

FLORENTIAE

CVM

FILIIS DOMINICI

ANSELMI.

Responsum extra Curiam.

Facta concessione in emphyteusim seu per- petuam locationem ad tertiam genera- tionem de bonis Ecclesiæ, An Rector possit in Ecclesiæ præjudicium à dicta con- cessione ante finitas generationes rec- dere; Et an noalentibus filiis vel nepotibus acquirentis in conductione, vel emphy- teusi continuare, competit domino a- ctio contrà primi acquirentis hæreditati- tem, & bona pro observantia & continua- tione concessionis.

### SVM MARIVM

1. *F*acti series.
2. *F* Extravag. Ambitiosa locum etiam habet in remissione, diminutione, vel subassessione cen- suum Canonum vel reddituum.
3. *A* filii & descendentes primi investiti pro quibus concessio facta est, possint nolle illam acceptare, vel cogi possint.
4. *D*atur distinctio super punto an contractus em- phytesis active & passivè transeat adhæret stipulatoris.

### DISC. XXXVIII.

**D**E anno 1609. Rector dictæ capelle concessit in emphyteusim seu locationem ad tertiam genera- tionem Dominicano de Antelmis quan- dam apothecam sub annua respo- sitione scutorū 36. led mortuo Domi- nico, novus Rector hæredes à dicto onere liberavit, recedendo à locatione, quamvis adhuc durantibus us duabus aliis generationibus illa duraret, Cumque de-

Inde in alium Rectorem dicta cappella devenisset, hic videns Ecclesiam expedire praedicta concessionis continuationem, judicium instituit contra filios & haereses dicti Dominici coram Nuntio Florentia: Sed de duobus a reis conventis opponebatur, Primo de dicta liberatione ab intermedio Rectori ut supra obtenta, Et secundum ut filii & nepotes non teneant invitis suscipere concessionem emphyteusis vel locationis ab eorum patre pro eis susceptra, unde propterea illis non curantibus, mortuo acquirente evanescat, ex punctualiter firmatis per Andreol. controversia 379, in cuius auctoritate magnum constituebatur fundamen-

Ex parte autem Rectoris requisitus, etiam cum sensu veritatis, respondi utrumque fundamentum non habere subsistentiam; Quatenus enim pertinet ad primum, dixi extravagantem ambitiose reb. Eccles. non alien. ita procedere in alienatione bonorum, & retum corporalium Ecclesiae, ac in illa bonorum, & iurium incorporalium, quae dimitti vel subassari per actum voluntarium non possunt, cum id solum concedatur in retro venditione censuum, vel aliorum iurium necessario facienda in vim passivel facultatis redimendi, ut per Riccium decis. 376, par. 4. de Marin. resol. 6. num. 10. lib. 1. Barbo. de Episcopo alleg. 95. nn. 43. & seqq. Rot. dec. 95. num. 7. post Merlin. de pignor. Atque dicebam videri indubitatum, quia ex iolo facto Rectoris, absque solemnitate, & causa, esset privare Ecclesiam jure jam quæsto consequendi annum certum redditum scutorum 36. per longum tempus trium generationum, ac etiam alio jure habendis obligatum emphyteutam seu conductorem ad rei manutentionem, & meliorationem juxta formam & obligationem acceptata concessionis, & sic erat distractus continens notabile prajudicium Ecclesiae, ac privationem juris jam quæsiti, & incorporati, cui omnes regulæ derivantes, tam ex antiquis Canonibus quam à dicta extravag. ambitiose ad veritas videntur, nisi concessio ob defectum solemnitatum ad formam ejusdem extravagantis esset invalida, quia tunc non esset disti ahere neque jus perfectè quæsum alienare, sed male gestum corrigerem ac declarare jam insitam & existentem nullitatem actus.

Quoverò ad alterum punctum, quamvis Andreol. 3 dicta controv. 379. responderit, filios sive ex persona propria, sive tanquam haereses patris stipulatoris, non teneri invitum in emphyteusi perseverare, quamvis volentes dominum ad id cogere possent, le unice fundando in auctoritate Corn. consol. n. 2. lib. 1. Dicebam tameo istum Doctorem, pacis sua, solemniter æquivocasse, nec mirum, dum ipsemet in fine protestatur ob temporis brevitatem ea celeriter exarasse; Neq; novum est dictum auctorem in requirenium gratiam minus vera respondere, ut in his eiusdem terminis emphyteuticis constat ex controversia 378. quam non subsistere probavi in contrarium lcr. bens in Placentina hoc eod. tit. disc. 28. Cornens enim non percudit hos terminos, sed solum dicit, recognitionem phyteticam, quam pater de bonis propriis fecerat nomine suo & filiorum, procedere ejus vita durante, non autem quoad filios, quorum respectu dicuntur nova & separata recognitio; Unde quicquid sit de hujus assumpti veritate, quam in praesenti examinare non oportuit, id non percudit terminos controversiae, in qua punctus est, An iste contractus activè & passivè transferat ad haereses stipulatoris, cujus haereditas & bona pro illius observantia remaneant affecta.

4. Quare, ad veritatem reflectendo, ita mihi distin-

guendum videbatur, quod aut mortuo stipulatore, cuius haereditatem, ut potè minus idoneam, filii non curent, ita ut inani remanente actione concedentis in bonis haereditariis cogere intendat filios, vel nepotes ad perseverantiam concessionis, & tunc rectè procederet Andreoli assumptum, quia filii, qui patri haeredes non extant, non potuerunt per eum obligari, neque ad observantiam patremorum contractuum ex persona propria independenter à qualitate haereditaria urgeti, ut in Ariminien. pecunaria 22. Junii 1646. 5. Sed nec ut filium coram Arguelles impress. decis. 413. par. 9. recent. Atque in hoc consistit claudicatio hujusmodi concessionum, quod ut potè concorrentes actum irrevocabilem ex parte concedentis, istum obligant tanquam actus perfectus ob stipulationem, quam pater primus acquirens nomine omnium rectè facere potuit; E conversò autem, filii vel nepotes non acceptantes, possunt nolle acceptare beneficium, quod in invitum non confertur, nisi forte patet ex iusta causa justo que motivo, ut filiorum conditionem efficeret meliorem, concessionem ipsorum etiam nomine, tanquam eorum legitimus administrator eos obligando accepit, ita ut gessisse dicatur partes legitimi & legalis administratoris, eos ex iusta causa obligando, quo casu probabiliter dici posset, etiam cessante qualitate haereditaria reneri, qui tamen casus vel raro vel unquam contingit.

Atque solum mortuo primo stipulatore, si concedens eadem bona in alium transtulerit reintegra & ante absentium acceptationem, intrare posset difficultas quoad tertium in ordine ad translationem dominii, non autem quoad penitentiam & revocabilitatem in ordine ad ipsum concedentem, quia stipulatio, vel patris, vel notarii, vel primi donatarii, quoad hunc effectum juxta opinionem hodiè communem & receptam remanet operativa ex deductis per Amatum resol. 30. Rot. decis. 189 post Zacc. de obligat. Camer. in Melevitanâ hereditatis 17. Decembri 1646. coram Roias inter seccas decr. 314. n. 20. & decis. 35. post Merlin. de pignor. & in aliis.

Aut vero contentio est inter concedentem, & haereses concessionarii super observantia contractus, quia ab initio voluntarius, postea effectus est necessarius. Et tunc satis fundate loquuntur est Fulgin. quem indebet reprobat Andreol. ut intrent termini textus in l. cum à matre Cod. deri vendic. quia nulla subest legis dispositio vel ratio, que contrahentis haereses, defunctum in universo jure activo & passivo representantes excusat ab ea obligatione, qua ipsomet defunctus premeretur si viveret.

Et hoc maximè, ubi non agitur de emphyteusi in suis verbis & præcisissim terminis lumpia, quæ ob teminim solutionem in solam recognitionem dominii beneficium importare dicatur, ita ut concedentis potius intersit, eum cui beneficium concessum est, illo nolle uti, atque utile dominum cum directo consolidari, dum tali casu cessare viderur quodcumque inconveniens seu prajudicium ratio; Sed agitur de contractu merè respectivo perpetua seu longæ locationis, cum pensione fructibus correspondente, ac obligatione conservandi & meliorandi rem locationis, ita ut Ecclesia intersit contractum observari, ac alterum contrahentem remanere obligatum ad illam observantiam, ad quam durantibus tribus generationibus ipsa remanet obligata, idèque de plano intrare videtur juris dispositio, contractum locationis & conductoris esse transitorium ad haereses activè & passivè eo modo, quo cæteri contractus transiunt ex deductis in Romana afflita ferreia 25. Junii 1649. 5. nec relevat coram Melisio impress. post Sal-

gad.

*8<sup>a</sup>d. in labyrinth. dec. 15. Et repetita dec. 335. par. 10.  
re.c.*

Ita ut stipulatio recipientis ad tertiam generationem, pro filiis & nepotibus, in ordine ad ipsum stipulatorem importare non dicatur plures separatas concessiones juxta numerum generationum, sed potius unicum conductionem pro tanto tempore duraturam, quanti conventus generationes durabunt. Et hanc dicebam mihi videri genuinam veritatem, etiam si cum quocumque privato ageretur, multo magis cum Ecclesia, inter cuius privilegia illud connumeratur claudacionis, quod scilicet ubi absque solemnitate & justa causa contra formam extravag. ambitione contrahit, ipsa non obligatur, sed obligatum habet alterum contrahentem, qui ea invita non potest contractus observantiam denegare, & sic adesset ex parte Ecclesie favorabilis claudatio, *Batr. in cap. Si quies Presbyterorum nn. 9. & Imol. nn. 21. de reb. Eccles. non alienan. Fnlg. in l.2. nn. 4. Cod. de jur. emphyte. Sard. decis. 108. num. 2. ubi Adden. Manuc. dec. 201. Cavaler. dec. 605. n. 3. cum sqq. Rot. dec. 133. nn. 12. par. 2. divers. Romana Devolutionis Domus 21. Inuit. 1652. coram Bichio, & in aliis frequenter.*

Ira vero tale privilegium retrorqueretur, atque claudacio esset ex parte privati contra Ecclesiam, dum haec, data validitate concessionis, cogeretur illam obseruare durantibus generationibus, alter vero conrahens liberatus remaneret; Et licet ubi moriente primo stipulatore inope, ita ut filii & nepotes eius qualitatem hereditariam non habeant, dari possit ista claudatio de facto, quod scilicet sit in successorum arbitrio uti, vel non uti concessione, atamen id potius provenit ex accidenti insufficiencia, quae non tollit competentiam actionis adversus stipulatoris hereditatem & bona, sed solum ejus effectum reddit inanem ex carentia subjecti, in quo sit exercibilis; Auditio suisse judicatum in contrarium per Audicorem Nuntiatur, sed meo iudicio parum probabilitate, nisi alia facti circumstantiae ignorentur in diversa sententiam eum traxerint, atque ad hunc punctum conferunt deducta in Romana, *sen &c. refutationis sub tit. de fendo. disc. 71. ubi de punto. An feudum invito domino refutari valeat, quo tamen casu difficultas consistit in iure particulari feudorum, quod affirmativam disponere videtur, sed in materia emphyteutica, apud Doctores ibidem allegatos, reputatur indubitate negativa.*

## LVNEN. SARZANEN.

## AFFRANCATIONIS.

P R O

## HYPOLITA DE AUGUSTINIS

C U M

RECTORE ECCLESÆ S. STEPHANI

DE VALLECCHIA.

*Responsum extra Curiam.*

An facultas affrancandi competens emphy-

teutæ amittatur per caducitatem incursum ratione alienationis vel canonis non soluti, seu alias &c.

Et aliqua circa cessantem caducitatem praetenit ratione alienationis, etiam si sit emphyteus, & quando sit potius locatio.

## S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 Quando verba sunt equivoca uni, vel alteri contractu convenientia, runc in eis non insistitur.
- 3 Ex quantitate pensionis respondente fructibus desumitur esse locationem potius quam emphyteusim.
- 4 De aliis circumstantiis idem suadentibus.
- 5 An bona emphyteutica alienari possit inter comam prehensionis quamvis remotores.
- 6 Emphyteuta alienans sine integra recuperat, sen retractat, an eviter caducitatem.
- 7 De facultate alienandi resultant a clausula ad habendum.
- 8 An & quando facultas affrancandi cesseret, vel datur post incursum caducitatem.

## D I S C. XXXIX.

**D**E ANNO 1531. RECTOR ECCLESIAE S. Stephani de Vallechia concordit Nicolao Tognino & aliis pro se, eorumque filiis, hereditibus & successoribus per lineam masculinam & femininam in emphyteusim & ad livellum usque in tertiam, & quartam generationem, cum potestate affrancandi, stria duo terræ cum aliquibus arboribus olivarum ad ibi adificandum molendinum sub obligatione reddendi singulo anno nomine pensionis & canonis libras quatuor olei ad grossum, plus & minus, prout per Commissarios estimaretur, cum clausula ad habendum, aliisque clausulis omnium iurium translatiōnem denotantibus, salvo jure directi dominii & proprietatis &c.

Cum autem Hypolita Tognini concessionarii descendens in quarta generatione constituta, dictam facultatem frangandi exercere vellet, atque se opponeret Rector, prætendens per quasdam alienationes partis dictorum bonorum de annis 16. 01. & 1645. absque ejus consensu sequutas, factum est locum caducitati, proindeque exprimisse dictam frangandi facultatem, Introduta desuper causa eorum Ordinario, restrictaque difficultate ad articulum juris, an per incursum caducitatem cessa veritatis dicta facultas, atque desuper ex parte dicta Hypolita ad subtiliendam negativam requisitus essem, agnoscens nimium pericolosum esse ad hunc juris articulum se restringere, cum positio incursum baducitatis probabilius videretur affirmativa, ut infra.

Hinc proinde, quamvis aliqua remissive soluta circa dictum articulum insinuarem, allegando infrascriptas autoritates per verbum, *quicquid sit*, ut articuli seu materia notitiam ostenderem, cum sensu etiam veritatis in causa respondendo, extinxi hujus partis defensionem ad negationem dicti presuppositi incursum caducitatis ex duplice fundamento.

H 4

Pri-